118
58

Viro Clarissimo
Christiano Crusio
S. P. D.
Leonh: Euler

Litterae Tuae una cum carminibus epithalamiis redditae mihi sunt a Doctore Gmelino, pro quibus Tibi maximas habeo gratias; Tuamque amicitiam, quam mihi testaris, plurimi facio. Officio, quod a me flagitabas, ut Te Illustri Schumachero commendem, non defui, neque dubito, quin Tua merita Tibi, ut par est, his fortunatis temporibus omnem favorem, omniaq emolumenta, quae desideras potest sint conciliatura. Ceterum commercium litterarium, quod cum Celeb: Gesnero Gottingam instituis, quoniam id nomine Academiae suscipies, lubens et ex officio promovebo. Vale Vir Clarissime Tuamq mihi amicitiam conserva.

Dabam Berolini 31 Octobr. 1747.

A Monsieur

Monsieur Crusius
Professeur & Membre de l'Academie
Imperiale des Sciences

à

St. Petersbourg

118 v